

Slad

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

COMETARUM
originem naturam effectus
secundum varias Astronomorum conjecturas
in compendio describit

atque una
COMITEM CELSISSIMUM
HENRICUM III.

Ruthenum
C. A. D. D. P. D. G. C. G. S. E. L.
Patrem Patriæ clementissimum

ejusque
Illustrissimum Fratrem
HENRICUM VI.

præsentem
cum
Aulæ Proceribus splendidissimis
nec non

**TUTORUM CELSIS-
SIMORUM**

Comitis Illustrissimi
HENRICI XI.

Rutheni
C. A. D. D. P. cet.
absentium
A Confiliis

præterea
Omnes sacri & civilis ordinis viros

munerum dignitate conspicuos
ceterosque
Mæcenates Scholæ nostræ ac Patronos

ut
duos Academiæ Candidatos
d. III. Id. April. hor. matur.

vale dicitur
Aliosque & ipsi & scholæ gratulatos
clementissime & benevole audiant

ea qua decet animi demissione & observantia invitat
Guolfg. Christoph. Hertelius, l. s.

GRAIZÆ STANNO LUDOVICIANO.

AK



COMPTARUM
origines hactenus
recondita variis admodum
in consilio delectis

COMITI CELSIVUM
HENRICUM III

Ruchnum
C. A. D. P. D. G. C. S. E. L.
Litem Parisiensi

Henricum Patrem
HENRICUM VI

practica
Aulae Proceptorum splendibilis

TUTORUM CELSIVUM
SIMONUM

Henricum
HENRICUM XI

Ruchnum
C. A. D. P. D. C. S. E. L.
A. G. O. S. I. A.

Omnes fieri & civilis ordinis viros

Magnos Scholae nosse ac Patrones

qui ad hunc in Candidatos

et ad hunc in Candidatos

et ad hunc in Candidatos

et ad hunc in Candidatos

et ad hunc in Candidatos



non dubito, fore plerosque, qui hoc genus scripturæ vel omnino supervacaneum, vel alienum ab instituto judicent, cum de Cometis me commentaturum legent, quorum naturam & motum plane singularem, ab aliis jam pridem, rerum ejusmodi non peritis modo, sed nullo etiam adminiculo, genere destitutis, examinatum, & multis voluminibus iisdemque admodum spissis, non minus ingeniose quam copiose, descriptum esse sciunt. Etenim post hominum doctissimorum tot egregias disputationes, arque post tantam observationum segetem, quibus Astronomorum scripta inde a compluribus annis sunt exornata, in hoc argumento jactare aliquid novi, non audeo sed stulti, non ostentatoris sed impostoris esse, merito judicabunt. Aliorum vero scrinia compilare, arque tantorum luminum lucubraciones pro suis venditare, id proxime a crimine plagii abesse, non possunt, quin sibi persuadeant æquiores rerum arbitri. Verum enim vero, utut ingenue fatear, me nihil asserre antea inauditi, nihil etiam, quod a multis forte non multo rectius aut copiosius sit expositum, habeo tamen, quod defendam. Opiniones doctorum longe diversissimas de problemare adhuc ancipiti qui in compendio sistit, qui fontes, ex quibus sua hausit omnia, non dissimulat, qui juvenutis parum in his exercitiæ desideria explet, mentesque nondum confirmatas ad judicia saniora de porrentis ejusmodi ferenda instruit, cum nec plagii aut ostentationis insimulandum, nec fidei & integritatis laude privandum, res ipsa docet. Multis, & tibi præsertim sæpius nec vacat, nec placet, multorum scripta perlustrare, quorum adeo interest, in pagellis quibusdam congesta videre, quæ per vasta eruditorum volumina separatim digesta leguntur. His, ut in præsentis publicorum nuntiorum de novo Cometa strepitu, a me satisfaceret, non alienum esse censeo,

Totius

Totam vero argumenti hujus satis copiosi tractationem absolvere constituit doctrina de nomine Cometarum, eorundemque origine ac natura, tum de motu ejusque legibus, tandem de influxu, quem vocant vel physico vel morali in tristiora fata, quæ orbi incumbunt; quibus ex historia admiscebimus annos, quos memoratu digniores cometa ab aliis distinxerunt. Et hæc quidem singula pro instituti ratione h. e. strictim persequemur, omissis, quæ subtilius ab aliis fuerunt disputata.

Cometarum nomen a græcis originem trahit, quibus κομήτης: (α κόμη) proprie denotat eum, qui promissos alit capillos. Hinc per metaphoram ad sidus translatum est, cujus caput, hoc est corpus paulum spissius, crinitum seu nubeculis rarioribus, virgæ ex scopis colligatæ seu capilli speciem referentibus, cinctum & in longitudinem extensum, oculis nostris repræsentatur. Ad hanc formam græci nominis significatione expressam Lucanus vates respexit, qui l. 1. Pharsal. canit:

*Ignota obscuræ viderunt sidera noctes

crinemque timendi*

Sideris, & terris (a) mutantem regna Cometen.

cui & Cicero adspulatur, qui in lib. de nat. deor. Cometa, inquit, sunt stellæ crinitæ seu concinnatæ. Jam misso nomine de siderum tam mirabilem origine & natura juvabit afferre plura. Hæc vero celeberrimi Mathematicorum atque Philosophorum in tot tamque diversas sententias distrahuntur, ut difficile sit judicatu, quænam istarum propius ad rei veritatem accedat. Cum enim illis sideribus sint annumeratæ stellæ istiusmodi comatæ, quorum splendor nonnunquam homines novitate formæ percellit, deinde in multis rursus annos aut menses oculis subtrahitur, in omnes se verterunt partes, qui serutinio rerum celestium altiori solent delectari, ut hypothesin invenirent, cujus probabilitas ceterorum conjecturas certitudine vinceret; atque explicandæ naturæ & motibus cometarum accommodari facillime posset. Sed age videamus, quantum in expedienda re satis incerta profecerint. Aristoteles cometas Meteoris sublunariis accensuit, cujus partes tueri non dubitavit Scipio Claramontius, (b) Mathematicus ceteroquin laude sua non privandus. Milichius comment. in Plin. histor. nat. ita scribit: stellæ non sunt cometa, sed materia eorum sunt viscosi & lenti halitus commixti, qui tandem & motu & siderum radiis incenduntur. Tanta autem, sic pergit, copia fumi atrahitur, ut moles velut montem unius aut duorum miliarium æquans, sufficiat multorum dierum incendio, & præbeat flammam, aliquot climatibus conspiciendam. Ab hac sententia non multum abludivit Keplerus, qui pro nubibus eos habet in subtiliori æthere generatis, nec non Hevelius Astronomorum recentioris ævi facile princeps. Is enim in Prodro-mo cometico & Cometographia, opere satis ingenioso ortum cometarum ex planetarum effluviis extra suam Atmospheram in unum corpus conglobatis (c) adstruxit, defensus contra Petrum Peritum, cujus hypothesin infra recensēbimus, a Jo. Christ. Sturmio, in
differ-

(a) Alii legunt: minitantem.

(b) in libro de Universo.

(c) unde Cometas Lunares solares, Joviales &c. nasci putavit.

dissertatione cometarum naturam & originem &c. declarante, Altorf. 681.
 4. Peculiaris arque ab his diversa est sententia Cartesii, qui stellas in plan-
 etam & cometam nonnunquam degenerare sibi persuasit, quam suam
 fecit acerrimus Cartesii propugnator Anton le grand in hist. nat. ubi mo-
 dum, (d) quo ejusmodi mutatio accidere possit, pluribus explicare ten-
 tat, verum, quod aliorum est judicium, nullis certis argumentis, sed
 nudis contemperationibus nixus. Fuit etiam non nemo Mercurii Plato-
 nizantis nomen mentitus, qui in tanta opinionum discrepantia monstro-
 sam satis conjecturam in medium protulit, cometas malos esse genios,
 nescio quo colore adductus, confidenter asserens. (e) Ejusmodi etiam
 est assertum vel lusus potius Thomæ Bartholini ingeniosus, quo in consi-
 lio medico de cometa Hafn. 1665, edito satis lepide perhibuit, hæc fide-
 ra esse abscessus hujus universi, excrementis ulcerum haud abfimiles. At-
 que hos adeo præter Cartesium fere omnes, naturam vel nebulosam vel
 crassiori saltem nubi persimilem, originem vero plane fortuitam comets
 tribuere, ex dictis patet, hoc tamen observato discrimine, ut pruden-
 tiores effluvia planetarum conglobata, a sole tantum illustrari, minus saga-
 ces vero ab eodem incendi, & vero igne conflagrare sibi persuadeant,
 quæ opinionum varietas eo minus cuiquam mira videri debet, quo plura
 ab Hevelio aliisque instrumentis longe præstantissimis detecta sunt, quæ
 veteribus, vel ejusmodi adminiculorum genere destitutis, non æque co-
 gnita fuerunt. Contrariæ hisce sententiis ceterorum sunt Mathematico-
 rum hypothèses, qui cometas sidera esse stellis reliquis *diversis* & coæva,
 sed certa demum annorum periodo absoluta visui nostro iterum iterum-
 que obvia cum Petro Pecito, quem supra laudavimus, non sine ratione
 statuunt; quanquam in eo rursus dissentiant, proprione lumine gaude-
 ant, an a solis radiis lucem seneantur? & porro: Sintne corpora opaca
 & densiora, an rara, semilucida atque a ceteris planetis diversa? Ri-
 dicula fere est conjectura viri cujusdam alias doctissimi, qui supposita ob-
 servatione, cometarum multorum natales circa Galaxeam fuisse, sibi
 persuadet, corpora in tanta multitudine stellarum conjerta quasi & stipata,
 ob nimiam vicinitatem, extra orbitas suas nonnunquam ferri atque
 excludi (ausgedrenget werden) cujus generis opiniones indicio sunt,
 omnibus solertissimis confitendum esse: quantum est, quod nesci-
 mus! Aliorum mentibus hoc placitum insedit, ut descensum seu pro-
 priorem accessum ad sphaeras reliquorum planetarum, discessumque rur-
 sus longiorem per ascensum, mutationis causam esse perhibeant, qua
 fiat, ut viciniores nunc visui nostro se obiciant, nunc remotiores sub-
 trahantur, id quod cum veritate maxime videtur consentaneum. Taceo
 in præfati Cartesianorum disputationibus, qui corticem nubis, ex vapo-
 ribus

(d) Supponitur nempe, omnes stellas fixas h. e. proprio flagrantis igne, similes esse globo
 materie talis, que flammam alere possit, quæcumque tandem illa sit. Hoc incendium sub-
 itaneo aeris erumpentis impetu quasi suffocari, eadem ratione qua flammam extinguere solent
 machinis admotis vel tormentorum explosione; vel quocumque tandem modo illud
 fiat, restingui, unde veniat ut stella antea fulgens propria luce in corpus opacum commu-
 tetur, h. e. in planetam seu cometam.

(e) Lib. 1662, edito, cui tit. Cometæ malus genius, sub cujus libri nomine fido delituit
 Mich. Praun, J. U. D. & March, Durl, Bad, Consil. monente Editore Polyhist. Morhof,
 Tom. II, p. 323,

ribus corporum ortæ densioris, interdum obduci stellis censent, ut evanescere videantur, quo rupto vel discusso, splendori pristino restituta a mortalibus denuo conspici queant: quales obscuraciones non cometis tantum accidere posse sed & aliis stellis evenisse, diligentiores harum rerum observatores testantur. (f) Sed hæc hæc hactenus, plura qui desideret commenta, Lubientii theatrum cometicum, vel Jo. Ad. Osiandri brevem disputationem de stella magorum, ubi de cometis multas concessit opiniones, evolvar, *

Veriorem & probabilibus magis hypothesis superstructam audiamus sententiam, quæ ex motu partim, partim ex figura & forma fidei-
rum crinitorum derivatur, Armato nempe oculo observatum est Anno 1577. 1664. 65. 80. &c. cometas nubis speciem referre variegatæ, id est, cujus partes alia aliis lucidiores deprehenduntur. Animadvertitum porro, medium capitis, quod nucleum vocant, esse nonnunquam densius margine illud ambiente, ceterum in æqualem mox cum margine faciem quasi dissolvi. Caudam præterea seu virgam ex capite prominentem, soli semper oppositam, oculis adeo penetrari posse, ut stellarum fulgorem non auferat, sed transmittat. Tandem motum eorum esse ita comparatum, ut ecliptico planetarum motui exacte respondeat, nisi quod Zodiacum a communi diversum (g) cursu suo emetiantur. Ex allatis hisce observationibus, quæ Weigelii, Hevelii, &, qui hos ætate antecedit, Tychois fidentur, sequens emergunt conclusiones: quod cometarum corpus sit opacum, & planetis haud ab simile, nisi forte Kircheri (h) habenda sit fides, qui stellam propria radiantem luce, in capite cometæ, 1723. observati, animadvertisse sibi visus est. Porro quod a nebula rarissima non multum discrepet cauda seu crinis, eo quod stellarum conspectum non prohibeat, quodque adeo pro effluviis Cometæ habenda sit, quæ a sole, a qua semper averfa conspicitur, in partem illam compellantur. Denique quod corpora sint si non *diversissima* saltem corva ceteris sideribus i. e. statim ab initio condita. Fortuito enim casu orta, qui tanto se continere possent ordine, tamque regulari motu, ut parum absterit, quin tempus redeuntis cometæ accurate præsignent Hallejus alique, cujus rei in actis Lipsiensibus facta est mentio. vid. WOLF. *cit. loc.* Ut paucis multa complectar, esse media inter planetas & stellas natura, a planetis in eo diversa, ut margine nebuloso ambiantur, ut criniti seu cauda ornati sint, ut non tantum ab ortu ad occasum sed austrum quoque & meridiem versus moveantur, & Zodiaci terminos transcendant, nec incolas forte, ut planetæ tolerent. vid. Schmid. bibl. Mathem.

Ne vero in nimis fusam orationem excurrat hæc tractatio, addere jam quædam lubet de problemate utrinque acriter controverso, quid de effectibus cometarum sentiendum, quos influxus nomine insignire solent

(f) vid. Wolf, Astron. Anfangs-Gründe p. 188. & Morhof, Polyhist. T. II, p. 127, ubi de mira, stella in pectore cygni mox subducta mox redeunte, deque stella, Tychois ætate, in atro Cassiopeje vita, duabus tisdem stellis a Montano Italo in Argo navi sed nunquam postea, visa, legi possunt plura.

* quibus addi potest Bædikeri (historischer) Bericht von Cometen.

(g) qui vericulis comprehenditur seq. Antinous, Pegasus, Andromeda, Taurus, Orion, Procyon atque Hydrus, Centaurus, Scorpius, Arcus.

(h) Astronomo Regio Borullico.

lent? Si supponamus, vera esse sidera, res simul ad quæstionem de influxu stellarum in genere redit, quem si faniore sensu, (i) in sideribus proxime ad sphaeram nostram accedentibus, ita admittamus, ut neque determinationem liberæ hominum mentis, neque fatum aliquid involvat, non video, quid mali talis opinio ferat. Sed de cometarum effectibus ut jam speciatim disquiramus, fatemur iis nos ad stipulari, qui non plus portenti ipsis inesse statuunt, (k) quam ceteris stellis, sive fortuitam & recentiore, sive eandem quam reliquis cœli sideribus originem ipsis vindices. Neque enim ad signa ejusmodi observanda nos ablegant paginæ sanctiores, neque Christus, indicia judiciorum divinarum nuntia, prædicens, de novorum siderum creatione, sed de solis lunæ & astrorum obscuratione mentionem facit. Neque etiam sequitur, ut cometa peffes, quæ orbem terrarum affligerunt paulo post eorundem reditum, tanquam causâ adscribendæ sint, quæ Ciceronis & multorum præterea inter Christianos & paganos opinio fuit. (l) Nam non omnia fortuita, quæ simul existunt, se mutuo respiciunt ut causâ & effectus, nec desunt exempla cometarum, quos nulla mutatio exceptit, ut taceam multos annos continuos crinita sidera a Mathematicis visa esse. (m) Interim non negandum, stellas ejusmodi novas, cum a vulgo conspiciantur, magnos plerumque motus in animis hominum excitare, qui vero stupor non tam influxui cuidam physico, quam morali a superstitione & rei novitate maximam partem dependente tribuendus est. (n) Sed inquis pastor ecclesiæ quid officii illo tempore incumbit, cum stellæ comatæ inter astra conspiciuntur? Num timorem illum animis auditorum excutere & securus adeo ipsos reddere convenit, an eo gravius monere, ad frugem ut redeant? In promptu sunt quæ respondeam. Timore a cometa injecto si quis ad animos eo facilius flectendos uti voluerit, non peccat sed prudenter agit. Ostendat, licet, pœnarum quæ peccatores manent, certitudinem ex verbo divino, Dei iustissimi judicis potentiam ex totius universi stupendis

(i) quo sensu Arndius in Christianismi l. IV. p. I. c. IV. admittit.

(k) mira est Wilthonis Angli conjectura, quam obiter heic afferre juvabit, statuentis, diluvium Noachicum a Cometa derivandum, qui cauda illa magna tellurem involverit quasi & cinxerit, ut non effusa tantum copia aquæ, resoluta nube in guttas, descenderit, sed orbis etiam terræ ejus vi imminente pressus ruptisque aquas abyssi occultas protruserit. vid. Nov. tellur. Theor. germ. edit. Francofurt. 1713 cum sig.

(l) Cic. cometræ, inquit, sunt nuncii, magnarum plerumque calamitatum, Tibull. belli mala signa cometes, & cf. Olear. Theol. Lips. disp. de Mantice Cometica.

(m) vid. Wolf. l. c. & Sturm. in diss. sub tit. An & que mala Cometa nuperis terris aut illa ruris ipsemet influxu physico, aut aliunde iusto Dei judicio inferenda, portendere saltem & præsignificare credendus sit, ea qua Christianum Philosophum decet, libertate decernens, & *Kopff's geistl. Sac.* veritatem luculenter offendens.

(n) Sunt, ut adjiciam quæ istum metum plane evertunt, qui fructum non parvum ex cometis in universum hoc redundare, augurantur dicentes, effluvia Planetarum noxia & impura ab illis apprehendi, una abduci atque hac ratione caelum repurgari, præcipitatis impuris vaporibus in solis abyssum. Addunt alii accendi Cometæ a sole, ad quem propius accedant atque usque adeo ab igne penetrari, ut fervorem per multa millia annorum fervent, idque hypothesibus ex physica & Astronomia desumptis probant. Unde rursus illi colligunt, incendium orbis seu atmospheræ terrarum, quo novissimo die confagraturum hunc mundum scriptura docet, a cometa oriturum, qui propius ad terram accedat, eamque fervore ignis a sole communicato accendat, parallelam diluvii historiam cum Wilthone conferentes, de qua supra dictum. Ingeniose fati,

flupendis operibus, & si libet ex cometarum quoque creatione ob oculos ponat, omiffis prælagiis aut minis ab offento novo defumtis: demonfret Chriftiano vero non effe, cur figna cœli pertimescat, quippe quæ omnia infra filios Dei funt: excitet ita animos percuffos ad mutationem mentis non fucatum, & figna temporis vera, beneficia nempe pariter & judicia divina generatim inculcet, fic muneri, prudentia paffore digna, quam optime fatisfaciet. Ad ifta enim fervator nofter Phariſæos quoque, portentum in cœlo expoſcentes, cum gravi hujus temeritatis reprehentione, remiffit Matth. 16. i. ſeq.

Mitto igitur offenta cœli, atque ad figna temporum, in quæ incidimus, ubivis obvia lectores revoco. In multis enim gratiæ divinæ documentis, quæ ætate noſtra in aprico poſita pfe admiramur, Scholarum quoque fingularem curam, quam benigniffimum Numen ſubinde luculentius prodiit, non ultimo loco habendam effe cenſeo. Conſentiant mecum, quicumque non ignorant, Scholas & Lycea effe plantaria rei publicæ, ſeminaria eccleſiæ, & conceptis optant votis, ut incrementa capiant quotidie majora. Cumque eadem felicitas huic urbi, quæ Dei gratia eſt, contigit, ſiquidem Schola, quam fovet, eum jam florem accepit, ut veris ſacri (o) primitias, hoc eſt, jvenes duos & arte & morum honeſtate egregie ornatos, ad altiores muſarum ſedes felici omne transmittere poſſit, gratias Deo optimo maximo Patriæque Patribus clementiffimis, qui ſeminarium hoc rei publicæ in oculis ferunt, augent, ſtabiliunt, merito perſolvunt omnes, qui beneficia divina recte æſtimare didicerunt. Eundem quoque finem duo iſti academiæ candidati propoſitum habent, quorum alter JOAN. ERNEST. GREDDING Graizeniſis, de periculo vitæ academiæ prudenter evitando, ſoluta oratione latina, alter JACOB. CHRISTIAN. SCHÆFFER Querfurteniſis, de veris vitæ academiæ requiſitis, carmine latino pro cathedra dicere, atque ſimul grati animi officia perſolvere conſtituit. Ne vero vota & gratulationes deſſent, juvenis doctrina poliſſimus, honeſtiſſimus JOAN. CHRISTIAN. FIKWEILER, de primitiis ſupremo Numini conſecrandis vernacula ſcripſitam orationem declamabit, quibus tandem Inſpector Scholæ ad voluptatem, quæ ex felici laborum ſuceſſu redundare cœpit, publice declarandam, de Theologiæ & Medicæ artis præſtantia pauca idiomate patrio adjiciet. Ad quas Orationes ut Comites Celiſſimi, Aulæ Proceres, Scholarchæ & Mæcenates æternum colendi, frequenter conſuant, primitiaſque Scholæ hujus reſcens conſtitutæ ne contemnant, ſed benevolentia ſua dignentur, etiam atque etiam, qua decet animi demiffione & obſervantia, conſendo. Deus vero ſaulta omnia, ſibi que glorioſa effe jubeat propter Chriſtum, Dabam ex muſco V. Id. Apr. MDCCXXXVII.

(o) ver ſærum erant vel pecudes, vel fructu terre, vel etiam homines Diis conſecrandi, ad vota perſolvenda, quæ Italice gentes calamitatibus magnis afflicte, interdum concipiebant. Quid vero faciebant filiis proximo vere in lucem editis, Deoque (Martii) dicandis? emittebant armatos ad querendum novæ ſedi locum, prout ex Juſtin, L. XXIV, cap. IV, videre eſt. conf. Cæſep. Lex, ad voc. Ver,

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
rest. nicht vergeben!



1077

R.40




ne casu,
te & pondere,
meri.

mino
FRIDERICO

ramite comitetur,
se perviam reddens,
omnigenam felicitatem
um trivio inveniatur,
oc est, Hebræorum
FIDE CURRAT
FIDE decurrat,
ANA

verè illustris,
Jesuphila,
(4) gratia



idreiq, Fridericus per anagr. fide

COMETARUM
originem naturam effectus
secundum varias Astronomorum conjecturas
in compendio describit

atque una
COMITEM CELSISSIMUM

HENRICUM III.

Ruthenum

C. A. D. D. P. D. G. C. G. S. E. L.
Patrem Patriæ clementissimum

ejusque
Illustrissimum Fratrem

HENRICUM VI.

præsentis
cum

Aulæ Proceribus splendidissimis

nec non

TUTORUM CELSIS-
SIMORUM

Comitis Illustrissimi

HENRICI XI.

Rutheni

C. A. D. D. P. cet.
absentium

A Consiliis

præterea

Omnes sacri & civilis ordinis viros

munerum dignitate conspicuos
ceterosque

Mæcenates Scholæ nostræ ac Patronos

ut

duos Academiae Candidatos

d. III. Id. April. hor. matur.

vale dicturos

Aliosque & ipsis & scholæ gratulatos

clementissime & benevole audiant

ea qua decet animi demissione & observantia invitat

Guolfg. Christoph. Hertelius, I. S.

GRAIZÆ STANNO LUDOVICIANO.